Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39281
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



ignis. vox domini concidentis desertum:
et commouebit dominus desertum cades.
Vox domini preparantis cervos: et reue
labit condensa: et in templo eius omnes
dicent gloriam. Dominus diluuium
habitare facit: et sedebit dominus rex eternum.
Dominus virtutem populo suo da
bit: dominus benedicet populo suo in pace.
Exaltabo te domine quoniam 29
suscepisti me: nec delectasti in
imicos meos super me. Domine deus meus
clamauit ad te: et sanasti me. Domine e
duxisti ab inferno animam meam: sal
uasti me a descendentibus in lacum.
Psallite domino sancti eius: et confitemini
memorie sanctitatis eius. Quoniam ira
in indignatione eius: et vita in volun
tate eius. Ad vesperum demorabitur fle
tus: et ad matutinum letitia. Ego autem
dixi in habundantia mea: non mouebor